



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,  
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]  
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum  
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

**Burchardus <Wormaciensis>**

**Parisiis, 1549**

De eadem re. vi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10722**

quod in scius fecerit hoc scelus, pœnitentiam quidem quæ sibi indicata fuerit agat, legitimum suum coniugium habere permittatur: illam digna vindicta affligi, & in æternum coniugio priuari.

De eadem re. Cap. V.

SI quis cum duabus sororibus fornicatus fuerit, & soror Ex eodē.  
sororem ab eodem antea stupratam nescierit, vel si ipse cap. 9.  
sororem eius quam antea stuprauit non intellexerit, si di-  
gnè pœnituerint, & si se continere non valuerint, post an-  
nos septem coniugia illis non negentur. Si autè non igno-  
rauerunt, vsque ad mortem à coniugio abstineant.

De eadem re. Cap. VI.

SI quis cum duabus sororibus fornicatus fuerit, vir diebus Ex eodē.  
vitæ suæ pœniteat. Soror autem quæ de alia sorore ne- cap. 10.  
sciuit, licentiam habeat nubendi.

Item de illo qui cum duabus sororibus neutra vxore  
fornicatus est. Cap. VII.

SI militer & de duabus sororibus qui cum vna in adulterio Ex eodē  
mansit, & aliam publicè accepit, non habeat mulierem cap. 11.  
vsq; in diè mortis suæ, & illa quæ nesciuit, accipiat maritū.

De illo qui cum duabus sororibus, cum nouerca, vel cum so-  
rore sua, vel cum amita, vel matertera sua, vel cum filia  
patru, vel auunculi sui, vel cum filia amita, vel ma-  
tertera sua, vel cum nepte sua, vel cum commat-  
re, vel cū filiola quæ de fonte suscepit, vel ante  
episcopū tenuit fornicatus fuerit. Cap. VIII

SI quis fornicatus fuerit cum duabus sororibus, vel cum Ex conc.  
nouerca sua, vel cum sorore sua, vel cum amita sua, vel Mogūti.  
cum matertera sua, vel cum filia patru sui, & auunculi sui, cap. 3.  
vel cum filia amita suæ, siue matertera suæ, cum nepte  
sua, vel cum commatre sua, aut filiola sua, siue quam de fon-  
te suscepit, vel ante episcopum tenuit, & si qua mulier si-  
mili modo fornicata fuerit, abstineat se ab ingressu do-  
mus Dei annum, & eodè anno nisi dominicis & festis die-  
bus solummodo pane & aqua & sale vtatur: arma nō ferat,  
osculū nulli præbeat, sacrificium nisi pro viatico minimè  
sumat. Sex deinde annis ingrediatur quidem domum  
Dei: sed carnibus, & vino, ac sycera minimè vtatur, nisi fe-  
stis diebus. De armis verò & osculis. siue sacrificio, sicut su-  
pra scriptum est. Postea verò duobus annis quando car-